נָהַג (*imp.* נְהַג, *fut.* יִנְהַג) egit, duxit *sq. accus.*, בְּ; abduxit (captivos); vexit (plaustrum, plaustro); compulit, impulit; *intrans.* ductus est (animus).— *Pi.* נִהַג (*fut.* יְנַהֵג) duxit; adduxit, immisit; abduxit. — II) *Pi.* נִהֵג suspiravit *Nah.* 2, 8.

מִנְהָג *m.* ductus, vectura.

נָהַד *rad. inus. arab.* se extulit; eminens, pulcher fuit.

הוֹד *m.* splendor, ornatus; magnificentia, majestas, gloria. 2) *N. pr. m.*

הוֹדַוְיָה, הוֹדַוְיָהוּ *v.* ידה.

הוֹדִיָּה (majestas Jovae) *N. pr. m.*

הוֹדִיָּה *N. pr.* virorum.

נָהָה lamentatus est. — *Niph. fut.* וַיִּנָּהוּ lamentati sunt. (*Al.* convocati, congregati sunt.)

נְהִי *in pausa* נֶהִי *m.* lamentatio.

נִהְיָה *f. id.*

נִי *m. id.*

נָהַל — *Pi.* נִהֵל (*fut.* יְנַהֵל) duxit; curam habuit (alcjs sustentandi vel defendendi). — *Hithpa.* incessit.

נַהֲלֹל *m.* pascuum. 2) *N. pr.* oppidi in tribu Sebulon (*etiam* נַהֲלָל).

נָהַם (*fut.* יִנְהֹם) fremuit, rugiit; *trop.* gemuit (afflictus), strepuit (mare).

נַהַם *m.* fremitus.

נְהָמָה *st. c.* נַהֲמַת *f.* fremitus (maris), gemitus (aerumnosi).

נָהַק (*fut.* יִנְהַק) rudivit (asinus, homo famelicus).

נָהַר splenduit, exhilaratus est *Ps.* 34. *Jes.* 60. — II) נָהַר (*fut.* יִנְהַר) fluxit, confluxit (populus).

נָהָר *m.* (*pl.* נְהָרִים, נְהָרוֹת, נַהֲרוֹת) flumen; fluvius, amnis. — הַנָּהָר, הַנָּהָר הַגָּדוֹל, *poët.* נָהָר *i. q.* נְהַר פְּרָת Euphrates. — אֲרַם נַהֲרַיִם Syria duorum fluv., Mesopotamia.

נְהַר *m. chald.* flumen.

נְהוֹר (נְהִיר) *m. chald.* lux.

נַהִירוּ *f. chald.* lux, sapientia.

נְהָרָה *f.* lux.

מִנְהָרוֹת *f. pl.* fauces (montium).

נוא s. נאא — *Hiph.* הֵנִיא removit, cohibuit; absterruit; *intrans.* renuit.

תְּנוּאָה *f.* discessus; hostilitas.

נוב (*fut.* יָנוּב) pullulare, progerminare; augeri. — *Pi.* נוֹבֵב protulit, produxit.

נִיב *m.* proventus (fructus).

נֵיבַי (fructifer) *N. pr. m.*

תְּנוּבָה *f.* proventus.

נוּגִים *v.* יגה.

נוד (*fut.* יָנוּד) agitari, vagari; fugere (*part.* נָד fugitivus); nutare (capite *i. e.* condolescere, deplorare). — *Hiph.* הֵנִיד nutavit (capite); exagitavit. — *Hoph. part.* מֻנָד exagitatus, ejectus. — *Hithpol.* הִתְנוֹדֵד se agitavit, se nutavit; deploravit.

נוּד *chald.* fugere.

נוֹד *m.* fuga, exilium; *nom.* loci, in quem Cainus confugit.

נִיד *m.* motus (labiorum *i. e.* sermo. *Al.* solatium).

מָנוֹד *m.* agitatio, nutatio.

נוֹדָב (liberalitas) *N. pr.* filii Ismaelis.

נָוָה *rad. inus. arab.* eminuit.

נֹהַּ *m.* res magnifica.

נָוָה (*fut.* יִנְוֶה) habitat.—II) *Hiph.* condecoravit, celebravit, *fut. c. suff.* אַנְוֵהוּ.

נָוֶה *m.* (*st. c.* נְוֵה, *c. suff.* נָוֵהוּ, נְוֵהֶם, נָוְךָ) habitatio; pascuum.

נָוָה *f.* habitatio; pascuum; נְוַת בַּיִת domi habitans, *οἰκουρός.*

נָוָה *pro* נָאוָה *f.* pulchra *Jer.* 6, 2.

נָיוֹת, *Cthib.* נְוָיוֹת (habitationes) *N. pr.* loci prope Ramam.

נוּחַ (*fut.* יָנוּחַ, וַיָּנַח) considěre; residěre, sedem habere; quiescere, cessare, subsistere, *sq.* בְּ *s.* עַל permanere in alqo; tacere. — *Hiph.* הֵנִיחַ deposuit; remisit (manum); quietum reddidit, quietem concessit alicui *sq.* לְ; asservavit *sq.* אֶל alicubi, sedavit (iram) *sq.* בְּ in alqo. — *Hoph.* הוּנַח quies concessa est.

נֹחַ, נוֹחַ *m.* (*c. suff.* נוֹחֶךָ) quies. 2) *N. pr.*, Noachus, *LXX.* Νῶε.

נַחַת *f.* quies. *Al. v. s.* נחת.

הֲנָחָה (*verb. hiph.*) *f.* concessio quietis.

מָנוֹחַ *m.* (*pl. c. suff.* מְנוּחָיְכִי) locus quietis; quies. 2) *N. pr.* patris Simsonis.

מְנֻחָה, מְנוּחָה *f.* locus quietis; quies, status tranquil-

lus; possessio pacata (de terra cananitica).

נִיחֹחַ, נִיחוֹחַ *m.* quies, delectatio, רֵיחַ הַנִּיחֹחַ odor suavis.

נִיחוֹחַ *m. chald.* odoramentum suave.

נוט *i. q.* מוט nutare.

נְוָל *rad. inus. chald. Pa.* inquinavit.

נְוָלִי, נְוָלוּ *chald. f.* coenum, sterquilinium.

נוּם dormitare, segnem, inertem esse.

נוּמָה *f.* somnus lenis.

תְּנוּמָה *f.* somnus lenis; segnities, inertia.

נוּן sobolescere, *Niph. fut.* יִנּוֹן (*Cthib* יָנִין *Hiph. fut.*) sobolescet, propagabitur.

נוּן (piscis) *N. pr.* patris Josuae.

נִין *m.* proles, soboles.

מָנוֹן *m.* soboles.

נוּס fugere; celeri cursu invehi. — *Pol.* נוֹסֵס fugavit, propulit. — *Hiph.* הֵנִיס in fugam conjecit; in tutum recepit. — *Hithpo.* confugit (*qd. Al. ref. ad* נסס).

נִיס *m.* fugiens, fugitivus.

מָנוֹס *m.* (*c. suff.* מְנוּסִי) fuga; perfugium.

מְנוּסָה *st. c.* מְנֻסַת *f.* fuga.

נוּעַ (*fut.* יָנוּעַ) moveri, agitari; contremere; vacillare, titubare; vagari, errare; librari, pendere. — *Niph.* commotus, agitatus est *fut.* יִנּוֹעַ. — *Hiph.* הֵנִיעַ movit, agitavit, quassavit; errabundum reddidit (πλάζειν), fugavit, in exilium egit.

מְנַעַנְעִים *m. pl. nom.* instr. musici, *Vulg.* sistra.

נוֹעַדְיָה (Jova convenit) *N. pr. m. et f.*

נוּף sursum et deorsum s. huc illuc agitare; conspergere *sq. accus. dupl.* — *Hiph.* הֵנִיף huc illuc agitavit, movit, jactavit; agitavit (sacrificium *sc.* versus quatuor mundi plagas); sparsit (pluviam). — *Hoph.* הוּנַף agitatus est. — *Pil.* נוֹפֵף agitavit.

נוֹף *m.* eminentia (montis) *Ps.* 48, 3. — *Al.* נֹף *v.* מֹף.

נָפָה *f.* eminentia: נֶפֶת דּוֹר excelsa Dorae urbis; 2) cribrum.

נֶפֶת *f.* regio edita, montosa.

נֹפֶת *f.* destillatio (favorum, mel dulcissimum).

תְּנוּפָה *f.* motio; tumultus; agitatio (sacrificii), oblatio sacra.

נוּץ micare, se agitare, se in fugam conjicere. — *Hiph.* הֵנֵץ floruit. *Cf.* נצץ.

נִיצוֹץ *m.* scintilla.

נוֹצָה *v.* נצה.

נוּק *i. q.* יָנַק — *Hiph. fut. c. suff.* תְּנִיקֵהוּ lactavit eum.

נהר *rad. inus. arab.* lucere.

נוּר *f. chald.* ignis.

נֵר *m.* lucerna; candelabrum; *trop.* de salute alcjs; favore (Dei). 2) *N. pr.* avi Sauli.

נִיר *i. q.* נֵר.

נִיר *m.* lumen, *metaph.* de prole regia nunquam peritura. — *Al. v. s.* נִיר.

נֵרִיָּה *N. pr. m.*

מְנוֹרָה *f.* candelabrum.

נוּשׁ graviter aegrotare *i. q.* אָנַשׁ.

נָזָה (*fut.* יִזֶּה, וַיִּז, יִז) saliit, adsiluit, adspersus, conspersus est *sq.* עַל in alqd, *sq.* מִן de alqo. — *Hiph.* הִזָּה (*fut.* יַזֶּה, וַיַּז) effecit ut exsultaret quis de alqo *sq. accus. et* עַל; sparsit, conspersit *sq.* עַל.

נָזִיד *v.* זוּד.

נָזִיר *v.* נזר.

נָזַל (*fut.* יִזַּל) fluxit, manavit, diffluxit; *part.* נוֹזְלִים fluenta, rivi; 2) descendit, devertit *cf. derivv.* — *Hiph.* הִזִּיל fudit.

מַזָּלוֹת *f. pl.* deversoria (solis *i. e.* duodecim zodiaci signa).

מַזָּרוֹת *id.* — (*Al. deriv. a* נֵזֶר; corona borealis. *Al. pro* מַאֲזָרוֹת cingula, cingulum Orionis.)

נֶזֶם *m.* annulus (aurium *s.* nasi).

נְזַק *chald.* damno affectus, laesus est. — *Aph.* damnum attulit.

נֵזֶק *m.* damnum.

נָזַר — *Niph.* נִזַּר se separavit, se sejunxit et adjunxit alicui *sq.* לְ; abstinuit ab alqa re *sq.* מִן. — *Hiph.* הִזִּיר curavit ut se quis separaret; secrevit (ab usu communi), consecravit, vovit *sq.* לְ; *intrans.* abstinuit *sq.* מִן; se consecravit *sq.* לְ.

נָזִיר *m.* Nasiraeus, qui se Deo vovit; *metaph.* vitis non culta (per annum jubilaeum) *Lev.* 25, 5. 11. 2) eximius, princeps *Gen.* 49, 26.

נֵזֶר *m.* (*c. suff.* נִזְרוֹ, נִזְרֵךְ) separatio, conditio Nasiraei; coma Nasiraei intonsa; 2) insigne, corona, diadema.

מִנְּזָרִים *m. pl.* optimates.

נַחְבִּי *v.* חבה.

נָחָה (*praet. c. suff.* נָחָם; *imp.* נְחֵה, *c. suff.* נְחֵנִי) *et Hiph.* הִנְחָה (*fut. c. suff.* יַנְחֵנִי) duxit; reduxit; deduxit.

נְחוּם *i. q.* רְחוּם *N. pr. m.*

נִחוּמִים ,נַחוּם *v.* נחם.

נְחִירִים ,נָחוֹר *v.* נחר.

נְחוּשָׁה ,נָחוּשׁ *v.* נחשׁ.

נָחַל (*inf.* נְחֹל, *fut.* יִנְחַל) haereditate accepit, in possessionem venit, possedit; alqd possidendum tradidit, partitus est. — *Pi.* נִחֵל possidendum dedit, partitus est *sq. accus. dupl., vel dat. pers.* — *Hiph.* הִנְחִיל haeredem fecit, haereditate reliquit, possidendum tradidit *sq. dupl. acc., vel acc. rei et dat. pers.* — *Hoph.* הָנְחַל possidens factus est. — *Hithp.* הִתְנַחֵל possessionem occupavit, possedit. — II) נָחַל *i. q.* חָלַל *cf.* נְחִילוֹת.

נַחֲלָה *f.* haereditas, res haereditate accepta; possessio; ager tribus cujusdam; sors. — נַחֲלַת יְהוָֹה donum a Jova datum; possessio Jovae (populus Isr.).

נַחֲלָת *f.* haereditas.

נְחִילוֹת *f. pl. nom.* instr. musici (tibia).

נַחַל *m.* (*dual.* נַחֲלַיִם, *pl.* נְחָלִים ,נַחֲלֵי; *c.* ה *loc.* נַחְלָה) vallis rivo irrigata; rivus, torrens. — נַחַל מִצְרַיִם torrens in conf. Aegypti et Palaestinae.

נַחְלָה *i. q.* נַחַל torrens.

נַחֲלִיאֵל (vallis Dei) *N. pr.* stationis Isr. in deserto.

נֶחֱלָמִי *Nom. patron. m.*

נָחַם — *Niph.* נִחַם doluit, misertus est alcjs *sq.* עַל, אֶל, לְ, מִן; alqm poenituit alcjs rei *sq.* עַל, אֶל; se consolatus est de alqa re *sq.* עַל, אַחֲרֵי; ultionem sumsit ab alqo *sq.* מִן. — *Pi.* נִחַם consolatus est de alqa re *sq.* עַל, מִן. — *Py.* נֻחַם consolationem invenit. — *Hithp.* הִתְנַחֵם, הִנַּחֵם misertus est alcjs *sq.* עַל; alqm poenituit; se consolatus est; ultionem sumsit *sq.* לְ.

נַחַם (solatium) *N. pr. m.*

נֹחַם *m.* poenitentia.

נִחוּמִים, נִחֻמִים *m. pl.* misericordia; consolationes.

נַחוּם (solatium) *N. pr.* prophetae, *Ναούμ*.

נֶחָמָה *f.* consolatio, solatium.

נְחֶמְיָה (consolatur Jova) *N. pr.* filii Chelkiae, *Νεεμία*; 2) al. virorum.

נַחֲמָנִי *N. pr. m.*

תַּנְחוּמִים *m. pl.* misericordia; consolationes.

תַּנְחוּמוֹת *f. pl.* consolationes.

תַּנְחֻמֶת *N. pr. m.*

נַחְנוּ nos *v.* אֲנִי.

נָחַץ ursit, *part.* נָחוּץ impulsus, festinus.

נָחַר *rad. inus. syr.* anhelando fremuit.

נַחַר *m.* anhelitus, fremitus.

נַחֲרָה *f. id.*

נַחֲרַי, נַחְרַי *N. pr. m.*

נָחוֹר *N. pr.* patriarchae; 2) fratris Abrahami.

נְחִירִים *m. pl.* nares.

נָחָשׁ *m.* serpens. 2) *N. pr.* virorum. b) עִיר נָחָשׁ urbs in tribu Juda.

נִחֵשׁ *Pi. denom.* (ὀφιομαντείᾳ usus est) auguria cepit, auguratus est, divinavit, praesagivit.

נַחַשׁ *m.* augurium, omen.

נַחְשׁוֹן (praestigiator) *N.pr.* filii Amminadabi.

נָחַשׁ *rad. inus.*

נְחָשׁ *m. chald.* aes.

נְחֹשֶׁת *com.* (*c. suff.* נְחֻשְׁתְּךָ) aes, cuprum; vinculum, compes (*dual.* נְחֻשְׁתַּיִם compes gemina pedis *s.* manus utriusque); 2) aes, pecunia.

נְחֻשְׁתָּא *N. pr.* matris Jojachimi regis.

נְחֻשְׁתָּן *m.* serpens aeneus.

נָחוּשׁ *m.* aeneus.

נְחוּשָׁה, נְחֻשָׁה *f.* aeneum, aes.

נָחַת (*fut.* יֵחַת, יִנְחַת, תֵּחַת) *poët. i. q.* יָרַד descendit *sq.* עַל; decidit in alqm *sq.* עַל (manus castigans); demissum est alqd in animum alcjs *sq.* בְּ. — *Niph.* נִחַת demissus, infixus est. — *Pi.* נִחֵת depressit; tetendit (arcum). — *Hiph. imp.* הַנְחַת dejice.

נְחַת *chald.* descendit. — *Aph.* detulit, deposuit. — *Hoph.* dejectus est.

נַחַת *m.* descensus, demissio; depositum. — *Al. v. s.* נוּחַ.

נָחֵת *m., pl.* נְחִתִּים descendentes.

נַחַת *N. pr. m. i. q.* תּוֹחַ.

נָטָה (*inf. constr.* נְטוֹת; *fut.* יִטֶּה, *apoc.* יֵט, וַיֵּט, וַיֶּט־) tetendit, extendit (manum, hastam), expandit (tentorium, coelum), disposuit (insidias), protendit; exposuit; proposuit; inclinavit, flexit ad alqd *sq.* לְ, אֶל; se inclinavit (dies, umbra); declinavit, se avertit, deflexit ab alqo ad alqd *sq.* מִן *et* אֶל, *sq.* אַחֲרֵי sectatus est alqm; abiit. — *Niph.* נִטָּה extensus, protensus est; se extendit. — *Hiph.* הִטָּה (*fut.* יַטֶּה, *apoc.* יַט, וַיַּט; *imp.* הַטֵּה, *apoc.* הַט) tetendit; inclinavit, flexit, advertit (aures, animum), pervertit (jus); declinavit, avertit, abduxit, detrusit, repudiavit; se inclinavit; se avertit, defle-

xit. — *Hoph. part.* מֻטֶּה *subst.* extensio; perversio (juris).

מַטֶּה *st. c.* מַטֵּה *m.* (*fem. Mich.* 6, 9.) ramus, virga; baculus, (sceptrum, hasta;) שָׁבַר מַטֵּה־לֶחֶם fregit panis sustentaculum, fame confici jussit; 2) tribus (gentis).— *Pl.* מַטּוֹת.

מַטָּה deorsum; לְמַטָּה deorsum; infra; מִלְּמַטָּה deorsum.

מִטָּה *f.* lectus; lectica; feretrum.

נְטִיפוֹת *v.* נטף.

נָטַל (*fut.* יִטּוֹל) sustulit, imposuit alicui *sq.* עַל. — *Pi.* sustulit.

נְטַל *chald.* sustulit.

נֵטֶל *m.* gravitas.

נָטִיל *m.* onustus.

נָטַע (*fut.* יִטַּע; *inf.* נְטוֹעַ, טַעַת) fixit, infixit, statuit; plantavit, consevit; *trop.* collocavit sedem stabilem (populo). — *Niph.* plantatus est (*trop.*).

נָטִיעַ *m., pl.* נְטִעִים plantae.

נֶטַע *m.* (*c. suff.* נִטְעֵךְ; *pl.* נִטְעֵי, נְטָעִים) planta; plantatio; plantarium.

נָטָע *st. c.* נְטַע *m.* plantarium.

מַטָּע *m.* plantarium.

נָטַף (*fut.* יִטֹּף) stillavit alqare; *trop.* defluxit (oratio), abundavit. — *Hiph.* הִטִּיף stillavit alqd; *trop.* stillavit(verba),locutus, vaticinatus est.

נָטָף *m.* gutta; *στακτή* (*Al.* styrax) *Exod.* 30, 34.

נְטֹפָה *N. pr.* oppidi prope Bethl.; *nom. gent.* נְטֹפָתִי.

נְטִיפוֹת *f. pl.* inaures.

נָטַר (*fut.* יִטֹּר, יִנְטוֹר) custodivit; conservavit iram (*scil.* אַף), iratum animum retinuit in alqm *sq.* לְ, אֵת.

נְטַר *chald.* servavit.

מַטָּרָה, מַטָּרָא *f.* carcer; meta, scopus.

נָטַשׁ (*fut.* יִטּוֹשׁ) misit, missum fecit: deseruit, dereliquit; omisit, neglexit; remisit (debitum); permisit alicui *sq.* לְ, commisit alicui *sq.* עַל; emisit, eduxit (gladium); ejecit, dejecit; dimisit, *intrans.* se diffudit (proelium).—*Niph.* remissus, relaxatus est; diffusus est; dejectus est. — *Py.* desertus est.

נְטִישׁוֹת *f. pl.* palmites.

נִי *v.* נהה.

ניא *rad. inus. arab.* crudum esse.

נָא *m.* crudus, semicoctus *Exod.* 12, 9.

ניב נִיב, נִיבִי *v.* נוב.

נִיד, נִידָה *v.* נוּד.

נָיוֹת *v.* נוה.

נִיחֹחַ *v.* נוּחַ.

נִין *v.* נוּן.

נִינְוֵה (habitatio Nini) *N. pr.* urbis Assyriae, *LXX. Νινευΐ*, Ninus.

נִיס *v.* נוּס.

נִיסָן *m.* (proventus herbarum) *nom.* mensis primi Hebraeorum, *cf.* אָבִיב.

נִיצוֹץ *v.* נוּץ.

נִיר *v.* נוּר.

נִיר novellare, agrum incultum arare.

נִיר *m.* novale. — *Al. v. s.* נוּר.

מָנוֹר *m.* jugum, מְנוֹר אֹרְגִים jugum textorium.

נְכֹאת *v.* כאה. נָכֵא, נָכָא *v.* נכה; נְכָאוּ

נְכֹאת *f.* aromatum genus, *LXX. θυμίαμα, Aquila στύραξ.*

נֶכֶד *m.* (*c. suff.* נֶכְדִּי) proles.

נָכָה — *Hiph.* הִכָּה (*imp.* הַכֵּה, הַךְ; *fut.* יַכֶּה, יַךְ, *c.* ה *parag.* יַכֶּכָּה) percussit, feriit, pupugit; complosit (manus); palpitavit (cor); plaga *s.* calamitate affecit; confodit, transfodit, contudit, confregit; interfecit, trucidavit; cecidit, cladem attulit, strages fecit, expugnavit (urbem); incussit, intrusit; excussit (radices egit). — *Hoph.* הֻכָּה, הוּכָּה percussus, verberatus est; occisus est; expugnatus est. —*Niph.* נִכָּה interfectus est. —*Pi. inf.* נַכֵּה־, נַכֵּה percutere. — *Py.* נֻכָּה percussus, contusus est.

נָכֶה *m.* percussus; נְכֵה רַגְלַיִם pedibus percussus, claudus; נ׳ רוּחַ animo contritus.

נָכֶה *m., pl.* נֵכִים percutientes (linguâ *i. e.* calumniantes).

נָכָא *m., fem.* נְכֵאָה רוּחַ animus fractus, afflictus.

נָכָא *m., pl.* נְכָאִים percussi, afflicti.

מַכָּה *f.* (*pl.* מַכּוֹת, מַכִּים) percussio, contusio; verberatio; plaga, calamitas; vulnus; clades, strages.

נְכוֹ, נְכֹה *N. pr.* regis aegypt., filii Psammetichi, *LXX. Νεχαώ.*

נָכוֹן (*i. q.* גֹּרֶן כִּידוֹן) *N. pr.* regionis.

נֹכַח (*propr. subst.* rectum) *adv.* e regione; coram, ante. אֶל־נֹכַח versus alqd; לְנֹכַח in rectum, directo; ante, coram; pro. עַד־נֹכַח usque ad.

נֹכַח (*c. suff.* נִכְחוֹ) ex adverso, e regione.

נָכֹחַ *m.* (*fem.* נְכֹחָה, *pl.*

נְכֹחוֹת) rectus, probus; *subst.* rectum.

נָכַל fraudulenter egit. — *Pi.* astute egit in alqm *sq.* לְ. — *Hithpa. id. sq. accus.*, בְּ.

נֵכֶל *m.*, *pl.* נְכָלִים, נִכְלֵי machinationes astutae.

כֵּלַי, כִּילַי *m.* fraudulentus.

נָכַס *rad. inus. i. q.* כָּנַס.

נֶכֶס *m.*, *pl.* נְכָסִים opes, divitiae.

נְכַס *m. chald.*, *pl.* נִכְסִין opes.

כִּיס *m.* marsupium, loculus.

נָכַר — *Pi.* נִכַּר alienum reddidit, alienavit; tradendo alienavit; repudiavit et tradidit alicui *sq.* בְּ; 2) cognovit, agnovit *sq. acc. et* לִפְנֵי alqm prae alqo. — *Niph.* נִכַּר alienum se praebuit; 2) agnitus est. — *Hiph.* הִכִּיר agnovit; *sq.* פָּנִים personae rationem habuit, favit; cognovit; novit, scivit; curam alcjs egit. — *Hithpa.* הִתְנַכֵּר se alienum praebuit, se simulavit; 2) agnitus est.

נֵכָר *st. c.* נֵכַר *m.* peregrinitas: בֶּן־נֵכָר peregrinus; hostis; אֱלֹהֵי נֵכָר deus peregrinus; dii peregrini; 2) peregrinum (de idololatria).

נָכְרִי *m.* (*pl.* נָכְרִים; *fem.* נָכְרִיָּה, *pl.* נָכְרִיּוֹת) peregrinus, alienigena; *fem.* aliena, meretrix.

נֵכֶר, נֹכֶר *m.* infortunium.

הַכָּרָה (*verb. hiph.*) *f.* agnitio.

מַכָּר *m.* cognitus, familiaris.

נְכֹת, בֵּית נְכֹתֹה domus thesauri ejus, *γαζοφυλάκιον.*

נָלָה *Kal inus. arab.* consecutus est, perfecit. — *Hiph. inf. c. praef. et suff.* כַּנְּלֹתְךָ *pro* כְּהַנְלוֹתְךָ quum perfeceris s. desieris.

מִנְלֶה *m.* possessio, opes, divitiae.

נִמְבְזָה *v.* בזה.

נְמוּאֵל *N. pr. m.*

נָמַל (*fut.* יִמַּל *pl.* יִמָּלוּ) abscissus, succisus est; circumcisus est; 2) marcuit *Ps.* 37, 2. *Job.* 14. 18. (*Al. deriv. a* מָלַל *i. q.* מוּל.) — *Niph.* נִמּוֹל circumcisus est, *part.* נִמּוֹלִים. (*Al. deriv. a* מוּל.)

נְמָלָה *f.* formica, *pl.* נְמָלִים.

נָמֵר *rad. inus. arab.* versicolor, maculosus fuit.

נָמֵר *m.* pardus.

נְמַר *m. chald.* pardus.

נִמְרֹד (rebelles simus) *N. pr.* conditoris regni babyl., *Νεβρώδης.* — אֶרֶץ נִמְרֹד Babylonia.

בֵּית נִמְרָה i. q. נִמְרִים, נִמְרָה v. בֵּית.

נִמְשִׁי (cf. מֹשֶׁה) *N. pr.* avi Jehu.

נֵס, נִסִּי v. נסס.

נְסִבָּה v. סבב.

נָסַג recessit, *inf.* נְסוֹג, *fut.* יִסַּג. — *Hiph.* הִסִּיג removit, amovit; transtulit, protulit (terminos). — *Hoph.* הֻסַּג remotus est, recessit.

נָסָה (*imp.* נְסָה v. נָשָׂא) — *Pi.* נִסָּה tentavit; conatus est; exploravit.

מַסָּה *f.* tentatio, exploratio; id quo quis tentatur (facinora Dei, morbus).

נָסַח (*fut.* יִסַּח) evellit, amovit, in exilium misit; destruxit. — *Niph.* amotus, in exilium missus est.

נְסַח *chald.* — *Ithp.* avulsus est.

מַסָּח *m.* depulsio.

נָסַךְ effudit; fudit (ex metallo); libavit; unxit. — *Niph.* נִסַּךְ unctus est. — *Pi.* נִסֵּךְ *et Hiph.* הִסִּיךְ libavit. — *Hoph.* libatum est. — II) *arab.* texuit. — III) *i. q.* סָכַךְ texit *Jes.* 25, 7.

נְסַךְ *chald.* fudit, libavit.

נָסִיךְ *m.* simulacrum fusum; libatio; unctus, princeps.

נֶסֶךְ, נֵסֶךְ *m.* (*c. suff.* נִסְכּוֹ, נִסְכָּה; *pl.* נְסָכִים) simulacrum fusum; libamen.

נְסַךְ *m. chald.* libamen.

מַסֵּכָה fusura (אֱלֹהֵי מ׳ idola ex aere fusa), simulacrum fusum; libatio (foedus); 2) tegumentum.

מַסֶּכֶת *f.* stamen telae.

נָסַס contabuit, aegritudine affectus est. — II) *arab.* extulit. — *Hithpo.* הִתְנוֹסֵס se extulit, se elevavit.

נֵס *m.* (*c. suff.* נִסִּי) pertica alta; vexillum; vexillum nauticum; signum quo admoneatur.

נָסַע (*fut.* יִסַּע; *inf.* נְסֹעַ; *imp. pl.* סְעוּ) evellit; castra movit, discessit; iter fecit; *trop.* exiit, exortus est (ventus). — *Niph.* נִסַּע evulsus, abreptus est. — *Hiph.* הִסִּיעַ evellit; abstulit; castra moveri jussit; duxit.

מַסַּע *m.* evulsio; discessus, profectio, iter; *pl.* מַסָּעִים itinera; stationes agminis.

מַסָּע *m.* telum, sagitta.

נָסַק adscendit.

נְסַק *chald. id.* — *Aph.* adduxit, extraxit. — *Hoph.* eductus, extractus est.

נִסְרֹךְ (aquila praegrandis) *nom.* idoli Ninivitarum.

נֵעָה (motus) *N. pr.* oppidi in tribu Sebulon.

נֹעָה (motio) *N. pr. f.*

נְעוּרִים *v.* נַעַר.

נְעִיאֵל *N. pr.* oppidi in tribu Naphth.

נָעִים *v.* נעם.

נָעַל munivit pessulo *s.* repagulis, obseravit; calceavit *sq. accus. dupl.* — *Hiph.* calceavit *sq. accus. dupl.*

נַעַל *f.* calceus, solea; *dual.* נַעֲלַיִם par calceorum; *pl.* נְעָלוֹת, נְעָלִים.

מַנְעוּל *m.* pessulus, repagulum.

מִנְעָל *m. id.*

נָעֵם (*fut.* יִנְעַם) amoenus, suavis fuit; *impers. sq.* לְ bene fuit alicui.

נָעִים *m.* amoenus, jucundus, suavis; *pl.* נְעִימִים loca amoena; gaudia, jucunditates.

נַעַם *N. pr. m.*

נֹעַם *m.* jucunditas, suavitas; gratia, favor.

נַעֲמָה *N. pr.* oppidi in tribu Juda; 2) filiae Lamechi; 3) matris Rehabeami.

נָעֳמִי *N. pr.* socrus Ruthae.

נַעֲמִי *patron. v.* נַעֲמָן.

נַעֲמָן *m.* amoenitas. 2) *N. pr.* virorum.

נַעֲמָתִי *N. gent. m.*

מַנְעַמִּים *m. pl.* deliciae, cupediae.

נָעַץ *rad. inus. chald.* נְעַץ pupugit, fixit.

נַעֲצוּץ *m.* vepretum, senticetum.

נָעַר rugiit (leo) *Jer.* 51,38.— II) excussit. — *Niph.* excussus, exactus est; se excussit (vinculis). — *Pi.* נִעֵר excussit; exegit, dejecit. — *Hithpa.* se excussit alqa re *sq.* מִן.

נַעַר *m.* exactum, dispersum (pecus). — *Al. v. infra.*

נְעֹרֶת *f.* stuppa.

נַעַר *m.* (*c. suff.* נַעַרְךָ, נַעֲרוֹ; *pl.* נְעָרִים, נַעֲרֵי) puer, juvenis, adolescens; servus. — *In Pentat. dicitur de* puero *et* puella *pro sq. v.*

נַעֲרָה *f.* puella; virgo desponsata, nupta; serva, ancilla. 2) *N. pr.* oppidi in tribu Ephr. (*etiam* נַעֲרָן). b) *N. pr. f.*

נֹעַר *m.* pueritia, juventus.

נְעוּרִים *m. pl.* pueritia, juventus, adolescentia.

נְעֻרוֹת *f. pl. id.*

נְעַרְיָה (puer Jovae) *N. pr.* virorum.

נַעֲרָן *N. pr. i. q.* נַעֲרָה.

נֹף *i. q.* מֹף.

נֶפֶג (proles) *N. pr.* filii Davidis; 2) al. viri.

נָפָה *v.* נוּף.

נְפִישְׁסִים, נְפִיסִים, נְפוּסִים *N. pr. m.*

נָפַח flavit, inspiravit *sq.* בְּ; afflavit, sufflavit *sq.* בְּ, *accus.* (דּוּד נָפוּחַ olla igne sufflato aestuans); exspiravit (animam); difflavit *sq.* בְּ. — *Py.* נֻפַּח sufflatus est. — *Hiph.* (animam) afflari jussit, afflixit; deflavit, flocci fecit.

נֹפַח *N. pr.* oppidi in Moabitide.

מַפֻּחַ *m.* follis.

מַפָּח *m.* exspiratio (animae).

תַּפּוּחַ *m.* (exspiratio odoris) mâlus, mâlum. 2) *N. pr.* oppidi in tribu Juda; b) oppidi in confin. Ephr. et Manass. c) viri cujusd.

נְפִילִים *v.* נפל.

נָפִישׁ (recreatio) *N. pr.* filii Ismaëlis.

נֹפֶךְ *m.* gemmae species incerta, *LXX.* ἄνθραξ.

נָפַל (*fut.* יִפֹּל; *inf.* נְפֹל, *c. suff.* נָפְלוֹ, נִפְלוֹ) cecĭdit, delapsus est; concidit, corruit, prostratus est (נֹפֵל prostratus, jacens); periit, eversa est (civitas); collapsum est (membrum, flaccidum factum est); editus est (fetus); cecidit (sors), accidit alicui *sq.* לְ, evenit; incidit in alqm *sq.* עַל, בְּ; invasit, irruit (in alqm s. in terram); incubuit (in gladium); invasit (collum alcjs, in amplexum ruit); recubuit, consedit (habitavit); defecit ad alqm *sq.* עַל, אֶל (alcjs partes secutus est); cecidit prae alqo *sq.* לִפְנֵי, מִן (superatus est ab alqo); desiliit *sq.* מִן; se abjecit (in humum *sq.* עַל־פָּנָיו, אַרְצָה); irritum factum est (promissum); excidit (consiliis); depositae sunt (preces coram alqo). — *Hiph.* הִפִּיל dejecit, projecit; cecidit, perdidit, evertit, destruxit; conjecit (sortem, *sq.* לְ alicui sorte tribuit); emisit (partu, peperit); demisit (vultum); immisit alicui (somnum) *sq.* עַל; contabescere passus est; irritum reddidit; deposuit, fudit (preces); remisit, destitit ab alqa re *sq.* מִן. — *Hithpa.* se prostravit; *sq.* עַל irruit in alqm.

נְפַל *chald.* cecĭdit; decidit; accidit; se prostravit; dejectus est.

נֵפֶל, נֶפֶל *m.* abortus.

נְפִילִים *m. pl.* gigantes.

נִפֵּלַל *quadrilit. s. Pil.* cecidit, concidit.

מַפָּל *m.* pars procidua (carnis); deciduum.

מַפֵּלָה, מַפָּלָה *f.* ruina.

מַפֶּלֶת *f.* casus, ruina; res delapsa; cadaver.

נָפַץ *i. q.* פּוּץ discussit, confregit; dispersit; se dissipavit. — *Pi.* confregit; dispersit. — *Py.* disjectus est.

נֶפֶץ *m.* dissipatio.

מַפֵּץ *m.* malleus.

מַפָּץ *m.* destructio.

נְפַק *chald.* egressus est. — *Aph.* extulit.

נִפְקָא *chald. f.* sumtus, impensa.

נָפַשׁ — *Niph.* respiravit, recreatus est.

נֶפֶשׁ *fem., rar. masc.* (*c. suff.* נַפְשִׁי; *pl.* נְפָשׁוֹת, *st. c.* נַפְשׁוֹת; נְפָשִׁים) spiratio, halitus; vis vitalis, anima, vita; animus (vis sentiendi et appetendi); animans, homo, aliquis; שִׁבְעִים נֶפֶשׁ septuaginta homines (capita); כָּל־נֶפֶשׁ quicunque; — *pro pronom. pers.* נַפְשִׁי meus animus *i. e.* ego, ego ipse; נַפְשְׁךָ tu etc. — נֶפֶשׁ מֵת mortuus, טָמֵא נֶפֶשׁ, טָמֵא לְנֶפֶשׁ inquinatus mortuo.

נֹפֶת, נֶפֶת *v.* נוּף.

נַפְתּוּלִים *v.* פתל.

נַפְתֻּחִים *N. pr.* populi aegyptiaci.

נַפְתָּלִי (pugna mea) *N. pr.* filii Jacobi et Bilhae, *Νεφθαλείμ.*

נֵץ *v.* נצץ.

נָצָא volavit, avolavit.

נָצַב — *Niph.* נִצַּב positus, collocatus est; *sq.* עַל praepositus, praefectus est (*part.* נִצָּב praefectus); se sistit; stetit, firmiter stetit. — *Hiph.* הִצִּיב collocavit, statuit, erexit; constituit, definivit; correxit, acuit (stimulum). — *Hoph.* הֻצַּב positus fuit, stetit; plantatus est.

נְצִיב *m.* statua; statio, praesidium (militum); praefectus. 2) *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

נִצָּב (*part. Niph.*) *m.* capulus (gladii).

נִצְבָּא *f. chald.* firmitas, durities.

מַצָּב *st. c.* מַצַּב *m.* locus ubi alqd constitutum est; statio, praesidium (militum); locus, munus.

מֻצָּב (*part. Hoph.*) *m.* statio (militum).

מַצָּבָה, מִצָּבָה *f. id.*

מַצֵּבָה *st. c.* מַצֶּבֶת *f.* alqd

erectum, cippus; statua, simulacrum.

מַצֶּבֶת *f.* cippus; statua, monumentum; stirps, radix.

נָצַג *Hiph.* הִצִּיג posuit, collocavit, statuit, stitit; alqd positum reliquit. — *Hoph.* הֻצַּג relictus est.

נָצָה — *Hiph.* הִצָּה rixatus est; pugnavit. *Niph.* נִצָּה invicem altercari. — II) vastatus, desolatus est (*fut.* תִּצֶּינָה). *Niph. id.* (*part. pl.* נִצִּים). — III) *i. q.* נָצָא volavit *cf. sq. deriv.*.

נוֹצָה *f.* penna.

נֹצָה (*fort. pro* נוֹצָא *v.* יָצָא) *f.* excrementum *Lev.* 1, 16.

מַצָּה *f.* rixa, jurgium. *Al. v. s.* מצץ.

מַצּוּת *f. id.*

נִצָּה *v.* נצץ.

נָצַח *Kal inus. arab.* purus, sincerus fuit; *syr.* splendidus fuit. — *Pi.* נִצַּח praefuit; *part.* מְנַצֵּחַ praefectus, praecentor. — II) *arab.* sparsit.

נְצַח *chald.* — *Ithpa.* vicit, superavit.

נֶצַח, נֵצַח *m.* splendor, gloria; sinceritas, veritas; fides, fiducia; perpetuitas, aeternitas (לָנֶצַח, לְנֵצַח *et* נֵצַח in aeternum); perfectio, absolutio, לָנֶצַח, נֵצַח prorsus, omnino. — 2) succus, liquor (uvarum) *Jes.* 63.

נִצַּח (*part. Niph.*) *fem.* נִצַּחַת perfecta, absoluta.

נְצִיב *v.* נצב.

נָצַל — *Pi.* נִצֵּל extraxit, liberavit; abstulit. — *Hiph.* הִצִּיל eripuit, liberavit *sq.* מִן, servavit; abstulit, ademit; eripuit (oculum alcjs *i. e.* e conspectu alcjs abiit). — *Hoph. part.* מֻצָּל extractus, ereptus. — *Niph.* נִצַּל liberatus est; se liberavit; *sq.* אֶל confugit ad alqm. — *Hithpa.* sibi eripuit *s.* abstulit.

נְצַל *chald.* — *Aph.* eripuit.

הַצָּלָה (*verb. hiph.*) *f.* liberatio.

נָצַץ micuit, splenduit; 2) floruit; 3) volavit.

נֵץ *m.* (*c. suff.* נִצָּהּ) flos *Gen.* 40, 10. 2) accipiter.

נִצָּה *f.* flos.

נִצָּן *m.*, *pl.* נִצָּנִים flores.

נָצַר (*fut.* יִצֹּר, יִנְצֹר; *inf. abs.* נָצוֹר, *constr.* נְצֹר; *imp.* נְצֹר, *c.* ה *parag.* נִצְּרָה, *c. suff.* נִצְּרָה) observavit, speculatus est; obsessam tenuit (urbem); custodivit, tuitus est (נֹצְרִים custodes), defendit

ab alqo *sq.* מִן, prospexit alicui, salvum praestitit; retinuit, servavit (benignitatem); observavit (praecepta); abscondidit. — II) *arab.* nitore fulsit, viruit.

נֵצֶר *m.* surculus.

נָצִיר *m., pl. constr.* נְצִירֵי (נְצוּרֵי) servati, liberati.

נָקָא *v.* נקה.

נָקַב (*fut.* יִנְקֹב, יִקֹּב) foravit, perforavit; dissecuit *i.e.* distinxit, definivit, pronuntiavit; maledixit. — *Niph.* distinctus, nominatus est.

נֶקֶב *m.* fistula. *Al.* pala gemmarum. 2) הַנֶּקֶב *N. pr.* urbis in tr. Naphth.

נְקֵבָה *f.* femina.

קֵבָה *f.* (*c. suff.* קֳבָתָהּ) pars genitalis muliebris.

מַקָּבָה *f.* malleus.

מַקֶּבֶת *f.* malleus; foramen, caverna.

נָקַד *rad. inus. chald.* punctis signavit.

נָקֹד *m.* (*pl.* נְקֻדִּים; *fem.* נְקֻדָּה) punctis distinctus, maculis sparsus.

נְקֻדָּה *f.* punctum.

נֹקֵד *m.* pastor ovium; pecuarius.

נִקֻּדִים *m. pl.* micae panis; placentarum species.

נְקוֹדָא (maculis sparsus) *N. pr. m.*

נָקָה *inf.* נִקֹּה purum, poenâ non affectum esse. — *Niph.* נִקָּה purus, insons fuit, culpâ vacuus fuit *sq.* מִן; impunitus fuit; immunis fuit (ab officio); vacua, desolata fuit (urbs). — *Pi.* נִקָּה purum, insontem declaravit *sq.* מִן; poenâ vacuum declaravit, poenâ exsolvit, condonavit.

נְקֵא *chald. Pe. part.* נְקֵא purus.

נָקִי *m.* (*pl.* נְקִיִּים) purus, innocens, vacuus culpâ *sq.* מִן; immunis (ab officio).

נָקִיא *id.*

נִקָּיוֹן *m.* puritas; innocentia.

מְנַקִּית *f., pl.* מְנַקִּיּוֹת paterae (ad libandum).

נָקַט *i. q.* קוּט fastidivit.

נָקַם (*fut.* יִקֹּם) ultus est, vindicavit alqm *sq. accus.*, עַל, ultionem sumsit *s.* exegit ab alqo *sq.* מִן, מֵאֵת, מִיַּד, לְ, *accus.* — *Niph.* נִקַּם sibi vindictam sumsit ab alqo *sq.* מִן, בְּ. — *Pi.* נִקֵּם ultionem petiit, ultus est *sq.* מִן, *acc.*, בְּ. — *Hoph. fut.* יֻקַּם vindicabitur. — *Hithpa.* ultionem consecutus est, ad ultionem exarsit; *part.* מִתְנַקֵּם ulciscendi studiosus.

נָקָם *m.* נְקָמָה *f.* (*c. suff.*

נְקָמָתִי, *pl.* נְקָמוֹת) ultio, vindicta; עָשָׂה, לָקַח, הֵשִׁיב נ׳ ultionem petiit; נָתַן נְקָמוֹת ultionem concessit. — 2) ulciscendi libido.

נָקַע (*fut.* יֵקַע *v.* יָקַע) avulsus, abalienatus est.

נָקַף in gyrum ivit. — *Hiph.* הִקִּיף in orbem ivit, rediit (tempus); circuivit, ambivit (*inf.* הַקֵּף, הַקִּיף circumeundo, circum); circumdedit alqm s. alqd *sq. acc.*, עַל, alqm alqa re *sq. acc. et* עַל. — II) *arab.* percussit. *Pi.* נִקֵּף cecîdit, concîdit; consumsit.

נֹקֶף *m.* percussio, decussio (fructuum).

נִקְפָּה *f.* funiculus.

נָקַק *rad. inus. i. q.* נָקַב.

נָקִיק *m.* fissura (rupis).

נָקַר (*fut.* יִקֹּר) *et Pi.* נִקֵּר fodit, effodit (oculos); perfodit, perforavit. — *Pu.* effossus est.

נְקָרָה *f.* fissura (rupis), caverna.

נָקַשׁ laqueos posuit; insidias sibi struxit. — *Niph.* illaqueatus, irretitus est. — *Pi.* illaqueavit; laqueis injectis abstulit. — *Hithpa.* insidiatus est *sq.* בְּ.

נְקַשׁ *chald.* collisit.

נֵר, נֵר, נִר, נֵרָה *v.* נוּר.

נֵרְגַל *N. pr.* idoli Cuthaeorum.

נֵרְגַל שַׁרְאֶצֶר *N. pr.* magi assyr.

נִרְגָּן *m.* susurrator, calumniator.

נֵרְדְּ *m.* (*c. suff.* נִרְדִּי, *pl.* נְרָדִים) nardus.

נָשָׂא (*fut.* יִשָּׂא, יִשָׂא, יִשָּׂאוּ; *inf. abs.* נָשׂוֹא, *constr.* שְׂאֵת, שֵׂאת, נְשֹׂא, שׂוֹא; *imp.* נְשָׂא, שָׂא, נְסָה) sustulit, elevavit: sustulit (oculos *i. e.* respexit ad alqd *sq.* אֶל, לְ); erexit (vultum *i. e.* prospexit, respexit ad alqd *sq.* אֶל); extulit (manum, jurandi *s.* obsecrandi *s.* puniendi *s.* vim inferendi causa); extulit (vocem), loqui exorsus est, effatus est; erexit (animum intendit ad alqd *sq.* אֶל, desideravit, cupiit); sustulit (caput, invaluit; alcjs caput *i. e.* alqm e carcere dimisit); *intrans.* se extulit; 2) cepit, sumsit; duxit (uxorem); *sq.* פְּנֵי פ׳ rationem alcjs habuit, bene cupivit *s.* temere favit alicui; נָשָׂא רֹאשׁ inivit numerum (hominum); 3) portavit, gestavit; tulit (fructus); sustinuit (ignominiam); tulit (peccatum, poenam peccati

luit); 4) abstulit, e medio sustulit; eripuit (vitam); *sq.* `עָוֹן פ culpam alcjs amovit, expiavit alqm, condonavit peccatum, *sq.* לְ veniam alicui dedit, pepercit. — *Niph.* נִשָּׂא elatus est, se extulit (*part.* נִשָּׂא elatus, editus); portatus, allatus est; abductus est.—*Pi.* נִשֵּׂא, נַשֵּׂא extulit, auxit (imperium); erexit (animum *sq.* לְ, desideravit alqd); sublevavit, adjuvit; portavit, obtulit (dona); abstulit.— *Hiph.* הִשִּׂיא ferendum imposuit (peccatum); attulit, apposuit *sq.* אֶל. — *Hithpa.* הִתְנַשֵּׂא, הִנַּשֵּׂא se extulit; superbia evectus est, supra alqm se extulit *sq.* עַל; invaluit; exaltatus est supra alqm *sq.* לְ.

נְשָׂא *chald.* sustulit, accepit, abstulit. — *Ithpa.* se extulit.

נָשִׂיא *m.* elatus, princeps (civitatis, tribus, familiae); 2) *pl.* נְשִׂיאִים vapores; nubes.

נְשׂוּאָה *f.* id quod portatur, onus.

נְשֵׂאת (*Niph. part.*) *f.* donum.

שִׂיא *m.* eminentia, excellentia.

שְׂאֵת (*inf.*) *f.* elatio (facici), hilaritas; eminentia (cutis), tumor; praestantia, majestas; decretum (judicis).

שֵׂת *f.* elatio.

מַשּׂא *m.* מַשּׂא פָנִים partium studium.

מַשָּׂא *m.* portatio; onus; effatum, sententia, decretum; donum.

מַשָּׂאָה *f.* (elatio ignis) incendium.

מַשְׂאֵת *f.* (*st. c.* מַשְׂאַת *pl.* מַשְׂאֹת) sublatio, elatio; signum erectum; onus; effatum; oblatio, donum; tributum.

נָשַׂג — *Hiph.* הִשִּׂיג attigit alqd; accidit, contigit alicui alqd; assecutus est, comparavit (manus alcjs alqd); admovit *sq. accus. dupl.* — II) *i. q.* סוג, *Hiph.* הִשִּׂיג removit, transtulit (terminos).

שִׂיג *m.* discessio, secessio.

נָשַׂק — *Hiph.* הִשִּׂיק accendit, incendit. — *Niph.* accensus est, se incendit.

נָשַׂר *rad. inus. i. q.* שׂוּר.

מַשּׂוֹר *m.* serra.

נָשָׁא — *Hiph.* הִשִּׁיא decepit *sq. accus.*, לְ; corrupit. — *Niph.* deceptus est. — II) *i. q.* נָשָׁה *qd. cf.*

מַשָּׁאוֹן *m.* fraus, dolus.

נָשַׁב flavit. — *Hiph.* הִשִּׁיב

flare jussit; difflavit, flatu abegit.

נָשָׁה oblitus est *sq. accus.*, neglexit. — *Niph. id.* — *Pi.* alqm in oblivionem alcjs rei adduxit *sq. accus. dupl.* — *Hiph.* הִשָּׁה in oblivionem adduxit; oblivioni dedit. — II) נָשָׁה, נָשָׁא mutuum accepit; mutuum dedit alicui *sq.* בְּ (נֹשֶׁה, נֹשֶׁא creditor); feneratus est; נֹשֶׁה fenerator. — *Hiph.* mutuum dedit *sq.* בְּ; exegit debitum ab alqo *sq.* בְּ (*fut.* יַשִּׁיא).

נָשֶׁה *m.* nervus, qui per femur ad talos usque fertur.

נְשִׁי *m.* mutuo acceptum, debitum.

נְשִׁיָּה *f.* oblivio.

מַשֶּׁה *m.* debitum.

מַשָּׁא *m.* feneratio, fenus; debitum.

מַשָּׁאָה *st. c.* מַשַּׁאת *f.* debitum.

נָשִׁים *v.* אִשָּׁה *s.* אנשׁ.

נָשַׁךְ (*fut.* יִשַּׁךְ, יִשֹּׁךְ) momordit; cruciavit, vexavit; feneratus est. — *Pi.* momordit. — *Hiph.* usuras exegit ab alqo *sq.* לְ.

נֶשֶׁךְ *m.* feneratio, fenus.

נִשְׁכָּה *f.* (*pl.* נְשָׁכוֹת) cella, conclave (templi).

נָשַׁל (*fut.* יִשַּׁל, *imp.* שַׁל־) extraxit, exuit (calceum); ejecit (e terra); *intrans.* elapsus est; decidit. — *Pi.* ejecit.

נָשַׁם anhelavit *fut.* אֶשֹּׁם; *cf.* שָׁמַם.

נְשָׁמָה *f.* halitus, spiritus (Dei, hominis); animus, animans; anhelitus, fremitus.

נִשְׁמָא *f. chald.* spiritus, anima.

תִּנְשֶׁמֶת *f.* chamaeleon *Lev.* 11, 30. 2) pelecanus.

נָשַׁף flavit; afflavit *sq.* בְּ.

נֶשֶׁף *m.* (*c. suff.* נִשְׁפִּי) crepusculum vespertinum; crepusculum matutinum; tenebrae.

יַנְשׁוּף, יַנְשׁוֹף *m.* noctua, *LXX.* ἶβις.

נָשַׁק (*fut.* יִשַּׁק, יִשֹּׁק; *imp.* שַׁק, שְׁקָה) *intrans.* se disposuit s. accommodavit *sq.* עַל ad alqd; se armavit (arcu); osculatus est *sq. accus.*, לְ. —*Pi.* osculatus est. —*Hiph.* se invicem illidere s. attingere.

נֶשֶׁק, נֵשֶׁק *m.* armatura, arma; armamentarium.

נְשִׁיקָה *f.* osculatio, osculum.

נָשַׁר *rad. inus. arab.* rostro vellicavit.

נֶשֶׁר *m.* aquila.

נְשַׁר *m. chald.* aquila.

נָשַׁת exaruit. — *Niph. id.*

נִשְׁתְּוָן *m.* epistola. — *Chald. id.*

נָתַב *rad. inus. arab.* elatus fuit, eminuit.

נָתִיב *m.* נְתִיבָה *f.* elata, munita (via); *subst.* semita, via.

נָתַח — *Pi.* נִתַּח in frusta dissecuit.

נֵתַח *m.* frustum; *pl.* נְתָחִים frusta.

נָתַךְ (*fut.* יִתַּךְ) effusus est, se effudit. — *Niph.* effusus est; liquatus est. — *Hiph.* הִתִּיךְ fudit, effudit; liquavit. — *Hoph.* הֻתַּךְ liquatus est.

הִתּוּךְ (*verb. hiph*) *m.* liquatio.

נָתַן (*fut.* יִתֵּן, יִתֶּן־, *pl.* נִתֵּן, נְתָן־; *inf. abs.* נָתוֹן, *constr.* נְתֹן, תֵּת, *c. suff.* תִּתִּי; *imp.* תֵּן, תְּנָה) dedit, tradidit, exhibuit, praestitit; largitus est, permisit; edidit (vocem; miracula); posuit, imposuit, praeposuit; constituit, reddidit, fecit; *sq.* בְּ *s.* לִפְנֵי habuit *s.* tractavit alqd tanquam alqd. מִי יִתֵּן *v.s.* מִי. — *Niph.* נִתַּן datus, traditus, positus est; promulgata est (lex). — *Hoph. fut.* יֻתַּן dabitur.

נְתַן *chald.* dedit.

נָתָן *N. pr.* prophetae Davidis familiaris; filii Davidis; al. virorum.

נְתַנְאֵל (Deus dedit, *Ναθαναήλ*) *N. pr.* virorum.

נְתַנְיָה, נְתַנְיָהוּ (Jova dedit) *N. pr.* virorum.

נְתַן־מֶלֶךְ (rex constituit) *N. pr.* aulici Josiae.

נְתִינִים *m. pl.* (traditi) Nethinaei, ministri Levitarum; *chald.* נְתִינִין.

מַתָּן *m.* donum. 2) *N. pr. m.*

מַתָּנָה *f.* donum, oblatio. 2) *N. pr.* loci inter desertum et Moabitidem.

מַתְּנָא *f. chald.* donum.

מַתְּנַי (*pro* מַתַּנְיָה) *N. pr.* virorum.

מַתַּנְיָה, מַתַּנְיָהוּ (Jovae donum) *N. pr.* virorum.

מַתַּת *f.* donum.

מַתִּתְיָה, מַתִּתְיָהוּ (donum Jovae, *Ματθαθίας*) *N. pr.* virorum.

מַתַּתָּה *N. pr. m.*

נָתַס destruxit, subvertit.

נָתַע — *Niph.* fractus est.

נָתַץ (*fut.* יִתֹּץ) diruit, destruxit; pessumdedit; confregit. — *Pi.* נִתֵּץ diruit, destruxit. — *Niph.* נִתַּץ, *Py.* נֻתַּץ *et Hoph.* הֻתַּץ dirutus, destructus est.

נָתַק abrupit, avellit; interclusit; *part.* נָתוּק cui testiculi avulsi sunt. — *Niph.* נִתַּק abruptus est; evulsus, extractus est; seclusus, interclusus est. — *Pi.* נִתֵּק rupit, dirupit, dilaceravit. — *Hiph.* הִתִּיק avellit, sejunxit.— *Hoph.* הָנְתַּק seclusus, interclusus est.

נֶתֶק *m.* (avulsio capillorum) porrigo; porrigine affectus.

נָתַר (*fut.* יִתַּר) subsiliit. — *Pi.* saliit. — *Hiph.* הִתִּיר dissolvit, solvit; libere dimisit (captivos).

נְתַר *chald.* decĭdit. — *Aph.* dejecit, decussit.

נֶתֶר *m.* nitrum, alcali fossile (quo saponis loco utebantur orientales).

נָתַשׁ (*fut.* יִתּשׁ) evellit, exstirpavit; ejecit, in exilium egit; evertit, delevit. — *Niph.* exstirpatus est; eversus, deletus est; exaruit (aqua). — *Hoph.* הֻתַּשׁ evulsus est.

ס

סְאָה *f. nom.* mensurae aridorum, quae fuit tertia pars Ephae, σάτον, *dual.* סָאתַיִם, *pl.* סְאִים.

סַאסְאָה *f.* mensura.

סָאַן *part.* סֹאֵן calceatus; caligatus (miles).

סְאוֹן *m.* caliga (militaris)

סָבָא potavit, se inebriavit; *part.* סוֹבֵא potator (*pl.* סוֹבְאִים *Cthib*, סָבָאִים *Kri Ezech.* 23, 42.).

סֹבֶא *m.* (*c. suff.* סָבְאֵךְ) vinum, merum; compotatio.

סְבָא *N. pr.* populi Cuschitici; *nom. gent.* סְבָאִים Sabaei.

סָבַב (*praet.* סַבֹּתִי, סָבְבוּ, סַבּוּ; *fut.* יָסֹב, יִסֹּב, *pl.* יָסֹבּוּ; *inf.* סֹב, סְבֹב; *imp.* סֹב; *part.* סוֹבֵב, סֹבֵב) s e v e r t i t, se convertit ad alqd *s.* alqm *sq.* לְ, עַל, אֶל; se avertit ab aliquo *sq.* מִן, מֵעַל, מִפְּנֵי; se revertit post alqm *sq.* אַחֲרֵי, reversus est; delatus, translatus est; conversus, mutatus est *sq.* בְּ; c i r c u m i v i t, ambivit, obiit (urbem *sq. accus.*, בְּ); c i r c u m d e d i t alqd *sq. acc.*, אֶל, עַל, cinxit; accubuit (mensam) 1 *Sam.* 16, 11.; auctor fuit alcjs rei *sq.* בְּ 1 *Sam.* 22. — *Niph.* נָסַב (*fut.* יִסַּב, *pl.* יִסַּבּוּ) se vertit, se convertit, translatus est *sq.* לְ, אֶל; circumdedit *sq.* עַל, *accus.* — *Pi.* סַבֵּב convertit, mutavit. — *Poel* סוֹבֵב circumivit *sq. accus.*, עַל, obiit *sq.* בְּ; cir-

cumdedit, cinxit *sq.* עַל, *accus.*, *acc. dupl.* — *Hiph.* הֵסֵב (*fut.* יַסֵּב, יַסֵּבּוּ) vertit, convertit alqd ad alqd; transtulit; mutavit; circumdedit; circumduxit; *intrans.* se vertit, circumivit.—*Hoph.* הוּסַב se vertit, se volvit; circumdatus est; mutatus est.

סָבִיב *m.* circuitus; *adv.* סָבִיב סָבִיב, מִסָּבִיב circumcirca, undique; סָבִיב לְ circum (alqm locum). — *Pl.* סְבִיבִים, סְבִיבוֹת loca vicina (urbis); homines vicini; *adv.* circum, *c. suff.* סְבִיבוֹתַי circum me.

סִבָּה *f.* conversio, casus.

נְסִבָּה (*Niph. part.*) *f. id.*

מוּסָב *m.* circuitus.

מֵסַב *m.* (*pl. constr.* מְסִבֵּי, מְסִבּוֹת) circuitus, loca vicina (urbis); consessus s. lecti in orbem positi; *adv.* circum.

סָבַךְ implexit, perplicuit, implicavit. — *Py.* סֻבַּךְ implicatus est.

סְבָךְ *m.* perplexum, dumetum.

סְבֶךְ *m.*, *pl. constr.* סִבְכֵי perplexa, densa arborum.

סְבֹךְ *st. c.* סְבָךְ־ *m. id.*

סֹבֶךְ *m. id.*, *c. suff.* סֻבְּכוֹ.

סִבְּכַי *N. pr.* principis Davidis.

סַבְּכָא, שַׂבְּכָא *f. chald.* sambuca, instr. triangulare chordis instructum.

סָבַל bajulavit; *trop.* tulit (dolorem, peccatum). — *Py.* onustus fuit.—*Hithp.* הִסְתַּבֵּל molestum se praebuit.

סְבַל *chald.* sustulit, erexit. — *Po.* erectus est.

סֵבֶל *m.* onus.

סַבָּל *m.* bajulus.

סֹבֶל *m.* (*c. suff.* סֻבֳּלוֹ) onus.

סִבְלָה *f.*, *pl. constr.* סִבְלוֹת onera, labores operosi.

סִבֹּלֶת *f.* (*in dialecto Ephr. pro* שִׁבֹּלֶת) spica *Jud.* 12, 6.

סְבַר *chald.* cogitavit *Dan.* 7, 26.; speravit.

סִבְרַיִם (spes duplex) *N. pr.* urbis inter Damascum et Hamatham.

סַבְתָּא, סַבְתָּה *N. pr.* coloniae Cuschitarum.

סַבְתְּכָא, סַבְתְּכָה *N. pr.* coloniae Cuschitarum.

סִגִּים *i. q.* סִיגִים *v.* סוּג.

סָגַד procubuit, adoravit *sq.* לְ.

סְגִד *chald. id.*

סָגַל *rad. inus. chald.* acquisivit, comparavit.

סְגֻלָּה *f.* peculium, res propria.

סָגָן *m.*, *pl.* סְגָנִים proceres, principes; praefecti.

סְגַן *m. chald., pl.* סִגְנִין *id.*

סָגַר (*fut.* יִסְגֹּר) clausit, conclusit, occlusit *sq. accus.*, עַל, בְּעַד; *part.* סָגוּר clausus; זָהָב סָגוּר aurum purum. — *Niph.* נִסְגַּר occlusus, conclusus est; se conclusit. — *Pi.* סִגַּר *sq.* בְּיַד tradidit in potestatem alcjs. — *Py.* סֻגַּר clausus est. — *Hiph.* הִסְגִּיר clausit, conclusit; *sq.* בְּיַד, אֶל, לְ tradidit alicui s. in potestatem alcjs; *part.* מַסְגִּר *cf. deriv.* — II) *arab.* aqua implevit. — III) *arab.* confodit.

סְגַר *chald.* clausit.

סְגוֹר *m.* claustrum (cordis); aurum purum; *σάγαρις vel* hasta lignea *Ps.* 35, 3.

סוּגַר *m.* claustrum, cavea.

סַגְרִיר *m.* imber, pluvia.

מַסְגֵּר (*part. Hiph.*) *m.* claustrarius; claustrum, carcer.

מִסְגֶּרֶת *f.* (*pl.* מִסְגְּרוֹת) claustrum, carcer; taenia; ornamentum in basi lacus aenei.

סָדַד *rad. inus. arab.* obice obstruxit.

סַד *m.* nervus, cui captivorum pedes alligantur.

סְדֹם (tristis) *N. pr.* urbis in valle Siddim, *Σόδομα*.

סָדַן *rad. inus. arab.* vestem laxam demisit.

סָדִין *m.* tunica lintea, indusium.

סָדַר *rad. inus. chald.* in ordinem disposuit.

סֵדֶר *m., pl.* סְדָרִים dispositiones, ordines.

שְׂדֵרָה *f., pl.* שְׂדֵרוֹת *id.*

מִסְדְּרוֹן *m.* porticus.

סָהַר *rad. inus. samar.* סחר circumdedit, rotundus fuit.

סַהַר *m.* rotunditas.

סֹהַר *m.* בֵּית הַסֹּהַר claustrum, arx.

שַׂהֲרֹנִים *m. pl.* lunulae (ornamenta hominum, camelorum).

סוֹא *N. pr.* regis aegypt. (Sevechus).

סוּג recedere, se avertere. — *Niph.* נָסוֹג (*fut.* יִסּוֹג) aversus est, se avertit, descivit. — II) sepsit *Cant.* 7.

סִיג, סוּג *m.* (*pl.* סִיגִים, סִגִים) scoria (metalli).

סוֹד, סוֹדִי *v.* יסד.

סוּחַ *rad. inus. i. q.* סָחָה expurgare, abstergere.

סוּחַ *N. pr. m.*

סוּחָה *f.* sordes.

סוּטַי (*cf.* שׁוּט) *N. pr. m.*

סוּךְ *i. q.* נָסַךְ ungere alqm aliqua re *sq. acc. et* בְּ; se ungere alqa re *sq. acc.* — *Hiph.* se unxit, *fut.* וַיָּסֶךְ.

אָסוּךְ *m.* vas unguentarium.

סוּמְפֹּנְיָה *f. chald.* συμφωνία, instr. musicum.

סְוֵנֵה *N. pr.* urbis in Aegypto australi, Syene.

סוּס *m.* equus; 2) hirundo, *Jes.* 38. *Jer.* 8.

סוּסָה *f.* equa.

סוּסִי (eques) *N. pr. m.*

סוּף cessare, desinere; consumi. — *Hiph.* finem fecit, consumsit.

סוּף *chald.* finiri, eventu comprobari. — *Aph.* consumsit.

סוֹף *m.* finis; agmen extremum.

סוֹף *m. chald. id.*

סוּפָה *f.* turbo vehemens; c. ה *parag.* סוּפָתָה.

סוּף *m.* alga (maris); יַם־סוּף mare algosum *h. e.* rubrum, sinus arabicus. 2) *N. pr.* loci.

סוּר (*fut.* יָסוּר, וַיָּסַר) recedere *sq.* מִן, מֵעַל, מֵאַחֲרֵי; desciscere (a Jova); deflectere a lege *sq.* מִן, *acc.*; discedere a via recta (virtute), degenerare; deseruit (alqm Jova *sq.* מֵעַל, מֵעִם); auferri, tolli, amoveri alqo *sq.* בְּ; devertere *sq.* אֶל, accedere ad alqd *sq.* עַל; aditum habere ad alqm *sq.* אֶל. — *Pil.* סוֹרֵר avertit. — *Hiph.* הֵסִיר (*fut.* יָסִיר, וַיָּסַר) removit, avertit, sustulit; separavit, sejunxit *sq.* מִן; detraxit (anulum); deposuit (vestem); deflexit (a lege); revocavit (verba); ה׳ רֹאשׁ מֵעַל פּ׳ alcjs caput praecidit; ה׳ מֵאַחֲרֵי יְהוָֹה *sq. acc.* alqm a Jova colendo abalienavit; 2) transferri passus est, transtulit ad alqm *sq.* אֶל. — *Hoph.* הוּסַר remotus est; sublatus est. — II) *arab.* efferbuit *cf.* סִיר.

סוּר *m.* degener (palmes vitis). 2) *N. pr.* portae templi.

סִיר *com.* spina, *pl.* סִירִים; uncinus, hamus, *pl.* סִירוֹת; 2) olla; pelvis; *pl.* סִירוֹת.

סָרָה *f.* defectio (a Jovae lege); crimen; intermissio, finis. *Cf.* סָרַר.

סִרָה (recessio) *N. pr.* cisternae.

סוּת — *Hiph.* הֵסִית, הִסִּית (*fut.* וַיָּסֶת, יָסִית, יְסִית; *part.* מֵסִית) propulit, expulit; impulit, incitavit ad alqd *sq. inf.*, inflammavit contra aliquem *sq.* בְּ.

סוּת *Gen.* 49, 11. *i. q.* כְּסוּת *v.* כסה.

סָחַב per terram traxit, raptavit.

סְחָבָה *f.* dilaceratio: בְּלוֹיֵ הַסְּחָבוֹת panni dilacerati.

סָחָה — *Pi.* סִחָה everrit, averrit.

סְחִי *m.* sordes.

סָחִישׁ, שָׁחִיס *m.* id quod tertio post sementem anno sponte provenit, *LXX.* *αὐτόματα*, *Aquila* *αὐτοφυῆ*.

סָחַף abrasit, raptim et penitus abstulit. — *Niph.* prostratus est.

סָחַר circumivit, obiit (terram); ambivit negotiandi causa; *part.* סֹחֵר (*pl.* סֹחֲרִים, סֹחֲרֵי) negotiator, mercator; *fem.* סֹחֶרֶת negotiatrix. — *Pilp.* סְחַרְחַר frequenter circuivit, vehementer palpitavit (cor).

סָחָר *m.* emporium; lucrum, opes.

סַחַר *m.* lucrum; comparatio (alcjs rei).

סְחֹרָה *f.* (mercatura) *concr.* negotiatrix.

סֹחֵרָה *f.* clypeus.

סֹחֶרֶת *f.* marmor nigrum, *Al.* testa testudinis. *LXX.* *πάρινος λίθος*.

מִסְחָר *m.* mercatura.

סֵטִים *i. q.* שֵׂטִים *v.* שׂוּט.

סִיג *v.* סוּג.

סִיוָן *m. nom.* mensis tertii, qui a primo Junii novilunio incipiebat.

סִיחוֹן *N. pr.* regis Amoritarum; 2) al. viri.

סִין (*chald.* lutum) *N. pr.* urbis aegypt. (Pelusium). 2) מִדְבַּר־סִין desertum prope Sinai montem.

סִינִי *N. pr.* populi Libano vicini. 2) אֶרֶץ סִינִים terra Sinaeorum (Sina).

סִינַי *N. pr.* montis in Arabia, cujus duo nominantur cacumina (Sinai et Horeb).

סִיס *i. q.* סוּס hirundo.

סִיסְרָא (acies, exercitus) *N. pr.* ducis cananitici; b) al. viri.

סִיעֲהָא, סִיעָא (concio) *N.pr.m.*

סִיר *v.* סוּר.

סָכַךְ texuit(formavit)*Ps.*139. 2) texit, operuit alqd alqa re *sq.* עַל *et* בְּ, *acc. dupl.*; *intrans.* se texit *sq.* בְּ; protexit, defendit *sq.* לְ; *part.* סוֹכֵךְ vinea (militum). — *Hiph.* הֵסֵךְ texit; protexit, defendit *sq.* עַל, לְ; obsepsit *sq.* בְּעַד. — *Hoph.* הֻסַךְ tectus est aliqua re *sq.* בְּ. — *Pilp.* סִכְסֵךְ texit (armis), armavit.

סָךְ *m.* multitudo hominum.

סֹךְ *m.* (*c. suff.* סֻכּוֹ, סוּכּוֹ) tugurium; latibulum.

סֻכָּה *f.* tugurium; tabernaculum, habitatio; septum,

sepes; latibulum. — *Pl.* סֻכּוֹת tuguria; חַג הַסֻּכּוֹת festum tabernaculorum; סֻכּוֹת בְּנוֹת tug. filiarum (babyl., quae Veneris Mylitae cultum sequebantur). 2) *N. pr.* stationis Isr. b) urbis in tribu Gad.

סֻכּוּת *f.* tugurium, tabernaculum.

סֻכִּיִּים (in tuguriis habitantes) *N. pr.* populi africani, *Vulg.* Troglodytae.

סְכָכָה (sepimentum) *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

מָסָךְ *st. c.* מְסַךְ *m.* tegumentum; aulaeum.

מְסֻכָּה *f.* tegumentum.

מוּסָךְ (מֵיסָךְ) *m.* porticus.

סָכַל — *Niph.* stulte egit; impie egit.— *Pi.* stultum, irritum reddidit. — *Hiph.* stulte egit.

סָכָל *m.* stultus.

סֶכֶל *m.* stultitia (stultus).

שִׂכְלוּת, סִכְלוּת *f.* stultitia.

סָכַן utilis fuit *sq.* לְ, עַל; profecit; *part.* סֹכֵן familiaris, consiliarius (regis), *fem.* סֹכֶנֶת ministra. — *Hiph.* consuevit, solitus est *sq. inf.*; sibi familiarem reddidit *sq. accus.*, עִם.— II) *arab.* pauper fuit. *Py. part.* מְסֻכָּן pauper factus. — III) *chald.* in periculo versatus est. — *Niph.* נִסְכַּן in periculum incidit, periclitatus est.— IV) *i. q.* כָּנַס *cf.* מִסְכְּנוֹת.

מִסְכֵּן *m.* pauper, egenus.

מִסְכֵּנוּת *f.* paupertas, egestas.

מִסְכְּנוֹת *f. pl.* loca in quibus alqd reponitur, penuaria.

סָכַר — *Niph.* clausus, occlusus est. — *Pi.* (*cf.* סָגַר) in potestatem tradidit. — II) *i. q.* שָׂכַר mercede conduxit.

סָכַת — *Hiph* הִסְכִּית tacuit.

סַל, סַלִּים, סִלָּא *v.* סלל.

סָלָא — *Py.* aestimatus est.

סָלַד — *Pi.* exsultavit.

סֶלֶד *N. pr. m.*

סָלָה (in altum sustulit, in libra pependit) flocci fecit, sprevit. — *Pi. id.* — *Py.* aestimatus est.

סֶלָה nota musica in Psalmis et Hab.

סָלַח (*fut.* יִסְלַח) condonavit. — *Niph.* condonatus est.

סַלָּח *m.* condonans, facilis ad condonandum.

סְלִיחָה *f.* condonatio, venia.

סַלְכָה *N. pr.* oppidi in terra Basan.

סָלַל (extulit) exaggeravit, aggere munivit et compla-

navit (viam). — *Pilp.* סִלְסֵל extulit. — *Hithpo.* הִסְתּוֹלֵל se extulit contr. alqm *sq.* בְּ. — II) *arab.* connexuit *cf. deriv.*

סַל *m.* (*pl.* סַלִּים) corbis.

סִלָּא (via munita) *N. p.* loci.

סַלּוּ (elatio) *N. pr. m.*

סַלּוּא, סַלָּא *N. pr. m.*

סָלוּא *N. pr. m.*

סַלַּי *N. pr. m.*

סִלּוֹן *m.* aculeus, spina.

סַלּוֹן *m. id.*

סֹלְלָה *f.* agger (obsidionalis).

סֻלָּם *m.* scala.

סַלְסִלּוֹת *f. pl.* corbes.

מְסִלָּה *f.* via munita; gradus scalae.

מַסְלוּל *m.* via.

סֶלַע *m.* rupes, petra. 2) *N. pr.* urbis in Arabia, Petra.

סַלְעָם *rad. quadrilit. inus. chald.* absumsit.

סָלְעָם *m.* genus locustarum.

סָלַף — *Pi.* סִלֵּף pervertit; evertit.

סֶלֶף *m.* perversitas; irritatio (animorum, linguâ effecta).

סְלֵק *chald.* adscendit.

סָלַת *rad. inus. arab.* abstersit, decorticavit.

